

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Dampnum siue dampnacio b  
cum fontibus primis

Vis ut ille non dampnet? Tu dampna.  
Vis ut ille ignoscat? Tu agnosce.

Non vis ut ille damnet? tu damna.  
Vis ut ille ignoscat? tu agnosce,  
ut possis Deo dicere,  
*Averte faciem tuam a peccatis meis.*

Augustinus Hipponensis, *In epistolam Johannis ad Parthos tractatus*, 1.6 (PL 35, col.1983).

Nemo nisi per indebitam misericordiam liberatur,  
et nemo nisi per debitum iudicium dampnatur.

Augustinus de caritate.

Tunc rebus ipsis evidentius apparebit  
quod in psalmo scriptum est:  
*Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine, quia*  
nisi per indebitam misericordiam nemo liberatur,  
et nisi per debitum iudicium nemo damnatur.

Augustinus Hipponensis, *Enchiridion ad Laurentium de fide et spe et caritate*, 24 (CCSL 46, M. Evans ed., p.99, ll.3-6).